



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.D.LXV. Sancti Patris Benedicti. M.LXXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

B E N E D I C T U S

100
 tur, morte p̄tēoccupatus, magnum suis
 sui desiderium reliquit. Moritur eō
 dem anno Illustrissimus ille Carolus
 noster de Croy, Principis & Ducis Ar-
 schottani frater, Tornacensis in inferi-
 ori Germania Episcopus, cum majorem
 partem, jam Pontifex apud suos S.
 Ghisleni Monachos, apud quos & de-
 functus & sepultus est, exegisset.

I E S U C H R I S T I A N N U S . M . D . L X V .
 Saneti Patris Benedicti. M . LXXXV .

R Edivivus revera Benedictus in
 suomet Casini Montis Archisto-
 rio, per omnia spectabilem se exhibet
 in sancta memoria Angelo Sagrino
 suo de Faggis à morte Ignatij Vicani
 cognomento Meleatij Neapolitanij, lo-
 co sanctissimo prælati, subrogato, qui
 Casinates omnes sui similes esse voluit,
 et si videri nullus vellet. Certè om-
 nis Angeli vita verè Angelica fuit, ita
 ut nihil non ejus, merito omnes in ad-
 mirationem raperet, nihil non trahe-
 ret ad tanti Abbatis imitationem. In
 templo devotionis miraculum fuit, in
 Refectorio exemplar sobrietatis, in
 colloquijs alter Martinus, in cuius lin-
 gua nil nisi Christus, nisi pax, nisi mi-
 sericordia inerat; in cella alter Bene-
 dictus, totus Divinis rebus & earum
 contemplatione absorptus; quibus ut
 ex parte saltem etiam discipuli frue-
 rentur, multa & pene innumera post
 se reliquit pietatis & devotionis mo-
 nimenta. E quibus nonnulla solum-
 modo memoramus & subiçimus:

*De ineffabili IESU nomine Carmen He-
 roicum*

*In septem IESU Christi Verba novissima,
 Meditationes septem, eodem carmine.*

*Angeli sag- De misericordia, amore, & bonitate DEI
 grini inge- erga peccatorum.*

ng illustria De Spe peccatoris in DEUM.

monumen- Speculum peccatoris.

14. Parafœsi sex in Hebdomade sancta.

*De contemptu dñitiarum & vanitate hu-
 manæ vita.*

*De IESU pietate & amore in peccatorem
 Elegias 12.*

Triumphus Amoris Divini.

*De Naturitate Domini omnibusque ejus-
 dem Festivitatibus.*

Epicedium in mortem Domini.

De IESU beneficijs in hominem.

De Laudibus Beatae Marie Virginis. Lib. I.

Hymnorum diverso metro de Sanctis diver-

sis. , Lib. 2.
De Passione Domini Elegie. 12.
*Vita Sanctissimi Patris Benedicti carmine
 Heroico. , Lib. I.*
*In Psalterium Paraphrasis diverso carmi-
 nis genere. , Lib. I.*
*Aureæ Divinaeque sententie ex Psalmis Da-
 vid, , Lib. I.*
*Vita SS. Benedicti, Mauri, Placidi &
 Joan. Bapt. carmine Heroico.*

*Vita alia S. P. Benedicti carmine Saphico,
 & soluta oratione moralem expositionem
 continens.*

*Psalterium gloriæ Virginis MARIE.
 Carmine Saphico.*

*Vita Sancti Wilhelmi Anachorite versu Sa-
 phico.*

De Martyrio veri Monachi.

*Tractatus quadraginta Horarum Liber im-
 presus Florentia & Tridenti.*

*Sermonum & Homiliarum soluta oratio-
 ne. , Liber I.*

Multaque alia reliquit manuscrip-
 ta, Divinae gratiae influxum mirè re-
 dolentia. In Anglia, incredibile
 dictu est, quantâ hoc ipso anno con-
 stantia Joannes Feckenamus noster,

*V. IOAN. RE-
 kenamus
 in vinculis
 genofus.*

etiam in extremis rerum angustijs, car-
 cere, ac vinculis Fidem Catholicam
 propugnaverit, perfidiamque Hære-
 titorum confuderit, & affixerit. Ad-
 mirandus sane magnanimitate Heros,
 nihil Reginam, Regnumque univer-
 sum ac Parlamentum reveritus, cum
 audisset juramentum Suprematus Re-
 gij fuisse edito Parlamenti proposi-
 tum, in ipsis ille vinculis liber, argu-
 mentis gravissimis demonstravit jura-
 mentum prorsus illicitum, adeoque in-
 validum esse & fuisse. Aliquamdiu

in ædibus Horni Pseudo-Episcopi de-
 tentus, sed inciviliter & perfidè habi-
 tus, in turrim denuo Londinensem re-
 trusus est. Deinde in castro Wisbi-
 censi inclusus ad finem usque vitæ ibi-
 dem detenus fuit; quo toto tempore,
 ait Pitsius, à Catholicis Dogmatibus
 propugnandis, & ab alijs charitatis o-
 peribus exercendis, quo ad fieri potu-
 it, nunquam cessavit. Unde colli-
 gas, qua primum solitus præstisset,
 qui tanta alacritate & generositate,
 vincitus, pro Ecclesiæ libertate labora-
 vit, alter revera sui sæculi Athanasius
 jure merito celebrandus. Videatur Sta-
 pletonius, Sanderus, Pitsius, Reinerus, &c. *Alters fū
 facili
 Athanasius*

I E S U